



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum  
Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ  
Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus De Virtutibus Moralibus, De Justitia Et Jure Et De  
Contractibus

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, MDCCXXXIII.**

**VD18 90392159**

Q. 6. An qui inculpabiliter dixit vel fecit aliquid, ad quod Jus nullum habet,  
& ex quo impendet damnum proximo, tenetur ex Justitia illud impedire,  
vel restituere, si non impedit quantum commodè ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40993**

eam annexuerunt, & quam contrahens hoc ipso, quod contrahit, tacite in se suscipit, cum velit, & debeat contrahere secundum leges.

**Q. 6.** *An qui inculpabiliter dixit, vel fecit aliquid, ad quod jus nullum habet, ex quo impedit damnum proximo, tenetur ex justitia illud impedire, vel restituere, si non impedit quantum commodè potest?*

*Resp. Aff. Est communis. Quia quisque tenetur ex justitia curare ne ex sua actione veniat damnum proximo contra Jus illius, ideoque impedire, ne malum ex sua actione secutum perseveret: alioqui, qui non impedit, quantum commodè potest, censetur causa moralis perseverantiae effectus à se positi, & damni secuti, quod proinde ei imputabitur; nam quisque Jus habet, ne ei damnum sine justa causa, & auctoritate inferatur.*

*Hinc qui inculpatè errorem docuit, vel consilium noxiū dedit, tenetur, ubi advertit, dedocere; qui inculpatè res alienas incendit, tenetur, quantum commodè potest, ignem extinguere, alioqui continuatio incendi foret ei voluntaria, & moraliter imputabilis. Si tamen non posset impedire alterius damnum sine graviori, aut saltem æquali suo damno, non poterit illi imputari, sed censetur justè permitti: nam multò minor est obligatio tunc impediendi, quam non inferendi positivè damnum; cum ipsa non oriatur ex injusta*

injusta l*æ*sione, vel actione: ideoque non est obligatio impediendi damni, nisi cum potest impediri sine gravi, aut saltem æquali suo d*amno*: Cujus quidem d*amni* proprii gravitas debet spectari respectivè ad d*amnum*, quod inde proximo sequetur.

*Q. 7. Quid restitui debet ratione i*n*justæ** acceptio*nis*, vel damnificationis?*

*Resp.* Qui injuriā alteri intulit, rem ejus culpabiliter accipiendo, aut detinendo, aut d*amnum* inferendo, &c. tenetur in conscientia restituere rem, si adhuc exstet, vel ejus p*re*tium si ipsa non exstet, item omnes fructus naturales, ac mixtos, sive perceptos, sive non perceptos, sed quos Dominus percepturus erat, & compensare omne d*amnum* emer gens, ac lucrum cessans. *Est communis.* Quia ratio ne i*n*justiæ** contrahitur obligatio i*n*justiæ** omnino*m* indemnem reddendi, & restituendi in eum statum, in quo fuisset, si i*n*justiæ** illata non fuisset: alioqui i*n*justiæ** in regre*n*on tolle retur, nec æqualitas, quam Justitia intendit, reponeretur, & sic non cessaret totaliter i*n*justiæ**. Quare mensura restitutio*nis* facienda ratione i*n*justæ** acceptio*nis*, vel damnificatio*nis*, est quantitas boni alieni ablati, & d*amni* illati ac lucri impediti, quamvis l*æ*dens nihil inde emolumenti percepit, ex C. Gravis de Restit. spoliat. ubi Cælestinus III. ait: *Manda mus ablata cum integritate restituere, d*amna* ple narie*